



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et
Martyrologium

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De situ urbis Hierusalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

DE LOCIS SANCTIS
LIBELLUS, QUEM DE OPUSCULIS
MAIORUM ABBREVIANDO BE-
DA COMPOSUIT.

CAPUT I.

De situ Hierusalem.

Situs urbis Hierusalem penè in orbem circumclusus, non parvo murorum ambitu surgit, quo etiam montem Syon quondam vicinum intra se recipit, qui à meridie positus pro arci urbi supereminet, & major pars civitatis infra montem jacet, in planicie humilioris collis sita. Post passionem Domini quippe à Tito Imperatore destruta, sed ab Helio Adriano Cæsare, à quo etiam Heliæ nunc vocatur, restaurata, multoque amplior effecta est. Unde est, quod cum Dominus extra portas urbis passus sepultusque sit, modò loca passionis & resurrectionis illius, intra ejusdem media cernantur, cuius in magno murorum ambitu octoginta quatuor tures, porta vero se videntur. Prima porta David ad Occidentem montis Syon: secunda porta valis fullonis: tertia porta sancti Stephani: quarta porta Benjamin: quinta portula, id est, parvula porta, ab hac per gradus ad vallem Josaphat defenditur: sexta porta Thecutis. Celebriores tamen ex his sunt tres exitus portarum. Unus quidem ab Occasu, alius à Septentrione, tertius ab Oriente. A meridie autem Aquilonali montis supercilium Syon supereminet civitati, & ea pars murorum tum interpositis turribus nullas habere portas compribatur, id est, à supra scripta David porta, usque ad eam montis Syon frontem, qua praerupta rupe Orientalem reficit plagam. Situs quippe ipsius urbis est à supercilio Aquilonali montis Syon incipiens, id est, molli clivo disporfisi, usque ad humiliora Aquilonalia Orientaliumq; loca murorum, ut pluvia ibi decidens nequaquam stet, sed instar fluviorum per Orientales defluens portas, cunctis secum platearum sordibus raptis, valle Josaphat torrentem Cedron augent.

CAPUT II.

De sepulcro Domini, & de Constantiniana atque Golgothana Ecclesia, & aliis sanctis locis in Hierusalem.

INGRESSIO ergo à Septentrionali parte urbem, primum de locis sanctis pro conditione platearum diverterendum est ad Ecclesiam Constantinianam, qua Martyrium appellatur. Hanc Constantinus Imperator, eo quod ibi crux Domini ab Helena matre eius reperta sit, magnifico & regio cultu construxit. Dehinc ab Occasu Golgothana videtur Ecclesia, in qua etiam rupe appet illa, qua quondam ipsam affixam Domini corpori crucem pertulit argenteam, modo pergrandere sustinet crucem, pendente magna desuper æra rotâ cum lampadibus: infra ipsum vero locum Dominicæ crucis, excisa in petra crypta est, in qua super altare pro defunctis honorandis sacrificium solet offerri, positis interim in platea corporibus. Hujus quoque ad Occasum Ecclesia iuxta ecclesias, id est, resurrectionis Dominicæ rotunda Ecclesia, tribus aucta parietibus, duodecim columnis sustentatur, inter parietes singulos latum habens spaciun viae, qua tria altaria in tribus locis parietis medii continent, hoc est, Australi, Aquilonali & Occidentali. Hæc bis quaternas portas, id est, introitus per tres è regione parietes haber, è quibus quatuor ad Vulturium, & quatuor ad Eutum spectant. Hujus in medio monumentum Domini rotundum in petra excisum est, cuius culmen intrinsecus stans, homo manu contingere potest, ab Oriente habens introitum, cui lapis ille maximus ap-

positus est, quod intrinsecus sacramentorum vestigia usque ad praefens ostendunt. Nam extrinsecus usque culmine summittatem totum marmore rectulum est, summum verò culmen auro ornatum, auream magnam gestat crucem. In hujus ergo monumentum Aquilonali parte sepulchrum Domini in eadem petra excisum, longitudinis septem pedum, trium mensura palmarum pavimento altius eminet, introitum habens à latere meridiano: ubi die nocte duodecim lapides ardentes, quatuor intra sepulchrum, obo supra in margine dextro. Lapis qui ad ostium monumenti positus erat, nunc fissus est, cuius pars minor quadratum altare ostium, nihilominus ejusdem monumenti stat, major verò in Orientali ejusdem loco quadrangulum, aliud altare sub linteam inibz extat. Color autem ejusdem monumenti & sepulchri, albo & rubicundo permixtus videtur: à dextra autem parte huius Ecclesie coharet beata Domini genitricis Ecclesia quadrangula. In platea, qua martyrium & Golgotha continuat, exedra est, in qua calix Domini scrinio reconditus, per opercula foramenta tangi solet & osculari. Qui argenteus calix duas hinc & inde habens ansulas, sextarii Gallici mensuram capi: in quo est & illa sponsa Domini potus miniltra. In loco autem illo, quo Abraham altare ad immolandum filium construxit, mensa est lignea non parva, in quam pauperum elemosyna solent à populo deferri. Singula quæ dixi, ut manifestius agnosceres, etiam præ oculis depingere curavi.

Lancea militis inserta habetur in cruce lignea in porticus martyrii, cuius hastile in duas intercissim partes, à tota venatur civitate.

CAPUT III.

De monte Syon, & de Ecclesia super eum fundata, & Bethsaida & Siloa.

Hec quidem omnia qua commemoravimus sancta loca, extra montem Syon posita cernuntur, quo se ad Aquilonem deficiens loci tumor porrexit, in inferiori verò parte urbis, ubi templum in vicinia muri ab Oriente locatum, ipsiq; urbi transiit pervi ponte mediante fuerat conjunctum, nunc ii Saraceni quadratum domum sub rectis tabulis, & magnis trabibus super quasdam ruinaram reliquias vili opere construentes, oratione frequentante, qua tria milia hominum capere videuntur. Pauca illuc citerne in usum aquarum cernuntur. In vicinia templi Bethsaida piscina gemino insigni lacu apparere, quorum alter hybernis plerumq; impletur imbris, alter rubris est discolor aquis. Ab ea fronte montis Syon, qua prærupta rupe Orientalem plagam spectat, inter muros atque in radicibus collis fons Siloa prorumpit, qui alterante quidem aquarum accessu in meridiem fluit, id est, non jugibus aquis, sed incertis horis diebusque ebullit, & per terrarum concava & antra faxi durissimi, cum magno sonitu venire confuevit. In superiori montis Syon planicie, monachorum cellulæ frequenter Ecclesiam magnam circundant, illuc (ut perhibent) a Apostoli fundatam, eo quod ibi Spiritum sanctum accepit, ibiq; S. Maria obierit. In qua etiam locus cena Domini venerabilis ostenditur. Sed & columna marmorea in medio stat Ecclesia, cui adhaerens Dominus flagellatus est. Hujus ergo Ecclesie talis dicitur esse figura.

Hic monstratur petra, super quam lapidatus est sanctus protomartyr Stephanus, extra civitatem: in medio autem Hierusalem, ubi cruce Domini superposita mortuus revixit, columna cella stat, qua æstivo solstitio umbram non facit, unde putant ibi medianam esse terram, & historice dicunt: Deus autem ante secula operatus est salutem in medio terra. Quæ diuersus opinionem Victorinus Picetavienensis Antistes Ecclesie, de Golgotha scribens ita inchoat:

Est locus, ex omni medium quem credimus orbe, Golgotha Iudei patrio cognomine dicunt.

CAPUT

Figura
hæc & pi-
cturade-
erat in
exempla-
ri manu-
scripta
in grata
restituta.
et hoc in-
terficiat.

Eriam hic
interfici-
um erat
ille figura
aperte.

CAPUT IV.

De Acheldemach, & loco ubi suspensus est Iudas.

Portam David egredientibus, fons occurrit in austrum per vallem directus, ad cuius medietatem ab occasu Judas se suspendisse narratur. Nam & fons magna ibi, ac vetustissima sit, juxta quod Juvencus ait:

Informem rapiit fons de vertice mortem.

Porro Acheldemach ad Australem plagam montis Syon, peregrinos & ignobiles mortuos hodie quoque a lios terra tegit, alios inhumatos putrefacit.

CAPUT V.

De sudario capitis Domini, & alio maiore linteo à sancta Maria confecto.

Sudarium capitum Domini post resurrectionem ejus, mox Christianissimum quidam Judæus furatus, usque ad obitum divitias sibi affluentibus habuit. Qui moriturus interrogat filios, qui Dominum sudarium, qui cæteras patris vestes accipere divitas. Major thesauros rerum, minor elegit sudarium. Et mox illi decrescent opes usque ad paupertatem; fratri autem cum fide crescunt & opes, quod usque ad quintam generationem fides tenuerunt. Hinc ad impios pervenientes, divitas tantum auxit, ut Judæi, & hoc multo tempore, donec post longa litigia, quibus Christiani Judæi se Christi: infideles verò se patrum suorum affirmabant heredes, Majuvias Saracenos rex, qui nostra aetate fuit, iudeos postulat. Qui accentu grandi pyra, Christum judicem precurat, qui hoc pro suorum salute super caput habere dignatus est. Millium ergo in ignem sudarium, veloci raptu effugiens evolat, & in summo ære diutissime quasi ludendo volucritans: ad ultimum cunctis utrinque intuentibus, se leviter in cuiuscum de Christiana pœna sinum depositum, quod manè mox totus populus summa veneratione salutabat & oculabatur. Habebat autem longitudinis pedes octo. Aliud quoque aliquanto majus linteum in Ecclesia illa veneratum, quod fertur à sancta Maria contextum, duodecim Apostolorum & ipsius Domini continens imagines, uno latere rubro, & altero viridi.

CAPUT VI.

De loco circa Hierusalem, & Ecclesia in valle Iosaphat, ubi sepulta fuit sancta Maria.

Circa Hierosolymam, aspera & montuosa cernuntur loca, hinc quoque Septentrionem versus usque ad Arimatiam terræ petrosa & aspera per intervallo monstratur; valles quoque spinosæ usque ad Thanicam regionem patentibus: ad Cafaræ verò Palæstina ab Heliæ, quamvis aliqua reperiantur angusta & brevia aspera loca, præcipua tamen planicies camporum interpositis oliveti. Distant autem septuaginta quinq; millibus passuum, longitudo terræ verò reprobmissionis à Dan usq; Berabee, tendit spacio centum sexaginta milium, ab Joppe usq; Bethleem quadraginta sex milibus. Juxta murum templi vel Hierusalem Gehennon occurrit, quæ est vallis Iosaphat, a Septemtrionali plaga in Austrum porrecta, per quam torrens Cedron, si quando pluviarum aquas recipit, decurrit. Hæc vallis & pars campi planicies, irrigua & nemorosa, plenaque deliciis, locum in se quondam Baali sacrum habuit. In hac turris Regis Iosaphat, sepulchrum ejus continens: cuius ad dextram de rupe montis Oliveri, excisa & separata domus, duo cavae habet sepulchra, hoc est, Symeonis sensis, & Joseph sanctæ Mariæ sponsi: in eadem valle sanctæ Mariæ rotunda est Ecclesia, lapideo tabulata disferata, cuius in superioribus quatuor altaria, in inferioribus unum habetur in Orientali plaga, & ad ejus dexteram monumentum vacuum, in quo sancta Maria aliquando pausasse dicitur: sed à quo, vel quando sit ablata,

nescitur. Hanc intrantes vident ad dexteram inser tam parieti petram, in qua Dominus nocte, qua tradebatur, oravit, vestigiis genuum quasi cera molli impressis.

CAPUT VII.

De monte Oliveti, & Ecclesia ibi fundata, ubi Dominus ad celos ascendit.

Mons Olivatum mille ab Hierusalem discretus passibus, altitudine monti Syon par est: sed latitudine & longitudine præstat, exceptis viribus, & olivæ rara fe rax est arboris, instrumenti quoque & hordei fertilis. Neque enim raucosa, sed herbosa & florida soli illius est qualitas. In cuius summo vertice, ubi Dominus ad celos ascendit, ecclesia rotunda grandis, termas per circumatum cameratas habet porticus desuper teatæ. Interior namque domus propter Dominicum corporis meatus camerari & tegi non potuit, altare ad Orientem habens angusto culmine protectum: in cuius medio ultima Domini vestigia celo desuper patente, ubi ascendit, visuntur. Quia cùm quotidie à credentibus terra tollatur, nihilominus manent, eandemque adhuc speciem sui velut impressis signata vestigiis servant. Hæc circa ærea rotæ jacet usque ad verticem vel cervicem alta, ab occasu habens introitum, pendente desuper in trochleari magna lampade, totaque die ac nocte lucente. In Occidentalē ejusdem Ecclesiæ parte, fenestræ octo, totidemque è regione lampades in funibus pendent, usque Hierosolymam lucent, quarum lux corda inuentium cum quadam alacritate & compunctione pavescere dicitur. In die ascensionis Dominicæ, per annos singulos in illa peracta, validi flaminis procella desursum venire consuevit, & omnes qui in Ecclesia fuerint, terra prostertere. Tota ibi illa nocte lucerna ardente, ut non illuftrari tantum, sed & ardere mons & supposita loca videantur. Et hujus quoque basilicæ figuram præ oculis depingere placuit.

*Eriam hic
pictura
debet.*

Monumentum Lazari Ecclesia ibide extorta demonstrat, & monasterium grande in campo quodam Bethania, magna Olivatum sylva circundatum. Esta autem Bethania quindecim stadiis ab Hierusalem. Tertia quoque ejusdem montis ad Australem Bethania partem Ecclesia est, ubi Dominus ante passionem discipulis de die iudicij loquitur.

CAPUT VIII.

De situ Bethleem, & de Ecclesia, ubi natus fuit Dominus, & de sepulchris David & Hieronymi, & trium pastorum.

Bethleem sex millibus in austrum ab Hierosolyma se creta, in dorso sita est angulo ex omni parte vallibus circundato, ab Occidente in Orientem mille passibus longa, humili fine turribus muro per extrema plani verricis instruto, in cuius Orientali angulo, quasi quoddam naturale seminantium est, cuius exterior nativitatis Dominicæ scilicet dicitur locus, interior Domini præsepe nominatur. Hæc spelunca tota interius speciosa marimore testa, supra ipsum locum, ubi Dominus natus specialiter traditur, sanctæ Mariæ grandem gestat Ecclesiam. Petra juxta murum cava, primum Dominicæ corporis lavacrum de morto missum suscipiens, haec tenus servat: quæ si qua forte occasione vel industria fuerit exhausta, nihilominus continuo, dum respicit, sicut antè fuerat plena, redundant. Ad Aquilonem Bethleem in valle contigua, sepulchrum David in medio Ecclesia humili lapide tegitur, lampade superposita: ad Austrum verò in valle contigua in Ecclesia, sepulchrum Hieronymi. Porro ad Orientem in turre Ader, id est, gregis mille passibus à civitate segregata est Ecclesia, trium pastorum divinae nativitatis consistoriorum monumenta continens. Hæc relatione Archulphi Episcopi

secutus dixerim. Ceterum Erras aperte scribit, in Hierusalem David esse sepultum, via regia, quæ ab Heli Cedron ducit, ab Oriente Bethleem, ab Occidente sepulchrum Rachel, habens titulum nominis ejus usque hodie signatum.

CAPUT IX.

De situ Chebron, & monumentis patrum, & Adam.

Chebron in campi latitudine sita est, & ab Heli virginibus duobus millibus separata, uno ad Orientem stadio speluncam duplicum in valle habet, ubi sepulchra Patriarchum quadrato muro circundantur, capitibus versatis ad Aquilonem: & hæc singula testa lapidibus instar basilicæ dolatis, trium Patriarcharum candidis, Adam obsevioris & vilioris operis, qui haud longo ab illis ad Borealem extremamque mari illius partem pausat. Trium quoque foeminarum viliores & minores memoria cernuntur. Mambre collis mille passibus à monumentis his ad Boream, herbosus valde & floridus, campestris habet in vertice planiciem, in cuius Aquilonali parte, querulus Abralæ, duorum hominum aletitudinis truncus, Ecclesia circundata est. Egreditibus vero Chebron ad Aquilonem in sinistra parte via occurrit mons pinus, parvus, tribus millibus passuum à Chebron, unde Hierosolymam pinea lignea feruntur in camelis: nam in omni Iudea curius vel plaustra raro sunt.

CAPUT X.
De Hiericho, & loco ejusdem sanctio.

Hiericho ab Heli Orientem versus, novemdecim milie passibus abest, qua tertio ad solum destrutta, sola domus Raab ob signum fidei remanet: ejus enim adhuc paries sine culmine durant. Locus urbis fegetes & vienas recipit. Inter hanc & Jordane quinque vel sex ab ea millibus separatum, grandia sunt palmetta campi interpositis & inhabitatoribus Chananeis. Duodecim lapides, quos Josue de Jordane tolli præceperat, in Ecclesia Galgaris facta altrinsecus juxta parietes ejusdem jacent, vix singuli nunc duobus viris elevabiles, quorum unus ne scio quo casu fractus, sed ferro mediante reconclusus est. Est juxta Hiericho fons über ad potum, pinguis ad irrigandum, qui quondam steriles ad generandum, parum salubris ad potandum per Helizum Prophetam, dum vas salis in eum mitteret, sanatus est. Denique campus circumiacet sepraginta stadiorum in longitudinem, & viginti in latitudinem parens, in quo mirabilis horrorum gratia, varia palmarum genera, præstantissimi apium fetus. Illic opobalsamum gignitur, quod ideo cum adfertione significamus, quia agricolæ cortice tenues virgulas acutis lapidibus incident, in quibus balsame generantur, ut per illas cavernas paulatim diffusans humor se colligat lachrymis pulchre rorantibus. Caverna autem Gracis nomine dicitur. Illic cyprum, illic myrobalanum nasci ferunt. Aqua ut carera fontium, illic tamen præstans: æstate frigida, hyeme tepens: aër mollior, ut summa hyeme lineis uitantur indumentis. Urbs ipsa condita in campo, cui supereminet & nudus gignentum: ægrum enim & jejunum solum, & ideo desertum ab incolis. Hic à Scirropolis urbis terra, usque ad regionem Sodomitanam & Asphaltios locus diffusus habetur. Adversus hunc mons supra Jordarem, ab urbe Juliade usque ad Zoaros Arabie Petra conterminos extensus, ubi etiam mons est, ferreus nuncupatus. Inter hos duos montes campus jacet, quem veteres magnum appellavere. Hebraice autem Aulon. Cuius longitudine ducentorum triginta stadiorum, latitudo centum viginti: exordium à vico Gennabara, finis usque ad Asphaltum lacum. Jordanius eum medium interferat, viridantibus ripis fluminis alluvione, siquidem super teras ejusdem, fructus arborum uberior est, alias longe exilior: arida sunt enim omnia praeter oram fluminis.

CAPUT XI.

De Iordanie, & mari Galilee, & Tiberiadis.

Ipsius Jordanis exordium vulgo putatur in provincia Phoenice, ad radices montis Libani, ubi Panium, id est, Caesarea Philippi sita est. Unde & idem Panium, hoc est, spelæum, per quod secessit Jordanis, à Rege Agrippa de ore admirabili extrahit, venustatumq; accepimus. Est attem in Craconite terra fons, rotæ qualitatem exprimens, unde & Phialæ nomen accepit, quindecim à Cesarea millibus passuum distretus, ita jugiter plenus aquarum, ut neque superfluant, neque unquam minuantur. In hume Philippus tetrarches ejusdem regionis paleas misit, quas in Panio fluvius ebullivit. Vnde liquet in Phiala principium esse Jordanis, sed post subterraneos meatus in Panio copiisse fluentum, qui mox lacum ingressus, paludes ejus intefecat: inde quoque cursus tuos dirigens, quindecim millia passuum sine ulla interfusione prograditur, usque ad urbem, cui Julias nomen est: postea lacum Genesaret medio transfluo. Unde plurima circumvagatus Asphaltum, hoc est, mortuum mare ingressus, laudabiles prodit aquas. Estenim coloris albi, sicut lac, & ob hoc in mari mortuo longo tramite discernitur. Est autem Genesaret, id est, mare Galileæ magnis sylvis circumdatum, in longitudine habens centum quadraginta stadia aquæ dulcis, & ad portandum habilis. Siquidem nec palustris uiginis crassum aliquid aut turbidum recipit, quia arenoso undique litore circumventur: sed & amenis circumdatur oppidis, ab Oriente Juliade & Hippo, ab Occidente Tiberiade aquis calidis salubri: genera quoque pīcum guttu, & in specie quam in alio lacu praetantiora.

CAPUT XII.

De mari mortuo, & natura ejus, & adjacenti terra.

Mare mortuum longitudine stadiorum quingentorum octoginta usque ad Zoaros Arabie, latitudine centum quinquaginta usque ad vicina Sodomorum protendit. Nam & de peccatis quondam salis, post Sodoma & Gomorræ, & civitatum finitimarum combustionem inundasse certissimum est. Apparet vero procul de specula montis Oliveri cernentibus, quod fluctuum collisione commotum, salissimum ejicit sal, & hoc sole fuscum accipitur, multis ubiq; nationibus profuturum. Alter vero in quodam Siculo monte sal fieri dicitur, ubi lapides de terra evulsi, verum salissimum sal, & cunctis uibus apertissimum præbeat, quod esse sal terra dicitur. Mortuum autem mare appellatur, quod nihil recipiat generum viventium, neq; spissos, neq; affuetas aquis aves, rauri camelii, fluenter. Denique si Jordani imbris pisces illuc influens rapuerit, statim moriuntur, & pinguis aquis supernatam. Lucernam accensam ferunt supernatam sine ulla conversione, extinto demergi lumine: quin & vas diversum arte qualibet difficile hærente in profundo, omnino viventia, diversa licet & vehementer illata, statim resilire. Denique Vespaianum præcepisse, nandi ignatos revinctis manibus in profundum dejeici, eosq; omnes illici super natasse. Aqua steriles & amara, caterisq; aquis obcurior, & quasi adusta præferens similitudinem. Vagari super aquas biruminis glebas certum est atro liquore, quas scaphis appropinquantes colligunt. Hærente sibi bitumen fertur, & nequaquam ferro precidi, sanguine tantum mulierum menstru vel urina cedere: utile est autem ad compagem navium, vel corporibus hominum medendis. Servat adhuc regio speciem pone: nascent enim ibi pomæ pulcherrima, quæ & edendi cupiditatem spectantibus generant, si carpas, satiscunt ac resolvuntur in cinerem, fumumque excitant, quasi adhuc ardeant. Sanè in diebus ultatis immodicus per spacia campi extut vapor, unde & coalescente vitio nimis siccitatis atque corruptus aër miserans incolis excitat ægritudines.

CAPUT XIII.
De loco, in quo baptizatus est Dominus.

IN loco, in quo Dominus baptizatus est, crux lignea stat usque ad collum alta, que aliquotiens aqua transcurrente absconditur: à quo loco ripa ulterior, id est, Orientalis in actu funda est, ceterior verò ripa in supercilio monticuli grande monasterium gestar. B. Joannis Baptista Ecclesia claram: de quo per pontem arcubus suffulsi solent descendere ad illam crucem, & orare. In extremis fluminis parte, quadrata Ecclesia, quatuor lapideis cancris superposita est, cothili creta defusa recta, ubi Domini vestimenta cum baptizaretur, servata esse dicuntur. Hanc non homines intrare, sed undique cingere ac penetrare solent, ab eo loco, quo de faucibus maris Galilee Jordanis exit, usque ubi mare mortuum intrat, octo diecum iter.

CAPUT XIV.

De locis & melle sylyvestri. & fonte sancti Ioannis Baptista.

Minimum genus locularium fuisse, quo Joannes Baptista pastus est, usque hodie appetet, que corpusculis in modum ditti manus exilibus & brevibus, in herbis faciliter rapte coactaque in oleo, pauperem prebent vitam. In eodem deserto sunt arbores, folia lata & rotundata, et coloris & melliti saporis habentes, que natura fragilia, manibus confricantur & eduntur. Hoc esse mel sylvestre dicitur. Ibidem & fons S. Joannis Baptista ostenditur lucida aqua, lapideo protectus recto calce posito.

CAPUT XV.
De fonte Iacob juxta Sichem.

Prope civitatem Sichem, que nunc Neapolis dicitur, Ecclesia quadriginta est, hoc est, in crucis modum facta. In cuius medio fons Jacob quadraginta cubitos altus, à latere ipso usque ad summum digitorum extensus, de quo Dominus aquas à Samaritana muliere petere dignatus est.

CAPUT XVI.
De Tiberiade & Capharnaum, & Nazareth, & locis ibidem sanctis.

Locus ille in quo Dominus panes benedixit & pices citra mare Galilæa, ad Aquilonem civitatis Tiberiadis, campus herbosus & planus, nunquam ex illo tempore aratur, nulla siccipiens aedificia, fontem tantum, ex quo tunc illi biberunt, offendens. Qui ergo ab Heliᾳ Capharnaui pergunt, per Tiberiadem iter habent, deinde secūs mare Galilæa, & locum benedictionis panum, à quo non longè Capharnaum in finibus Zabulon & Nephram, que murum non habet, anguli inter montem & stagnum situm, super maritimam oram Orientem versus longo trahite procedunt, montem ab Aquiloni, lacum ab Austrō habens. Nazareth muros non habet, sed magna aedificia, duasque grandes Ecclesias. Una est in medio civitatis supra duos fundata cancrios, ubi quondam fuerat domus, in qua Dominus nutritus est infans. Haec autem Ecclesia duobus (ut dictum est) tumulis, & interpositis arcubus suffulta, haber inferius inter eosdem tumulos fontem lucidissimum, unde cives omnes aquas in vasculis per trochleas in Ecclesiam extrahunt: altera vero est Ecclesia, ubi domus erat, in qua Angelus ad B. Mariam venit.

CAPUT XVII.
De monte Thabor, & tribus Ecclesiis super eum.

Mons Thabor in medio Galilæa campo, in tribus millibus manans ad Boream à Chenesareth distat, ex omni parte rotundus, herbosus valde & floridus, alti-

Beda Tom. 3.

tudine triginta stadiorum, Vertex ipse campestris & mulsum antenam viginti & trium stadio dilatatur, ubi grande monasterium, grandi quoque sylva circundatur, tres Ecclesias habens, iuxta quod Petrus ait, Faciamus hic tria tabernacula, locus muro cinctus, grandia gestans aedificia.

CAPUT XVIII.
De situ Damasci.

Damascus in campo sita, lato & ampio murorum ambitu, & crebris munita turribus, quam magna quatuor flumina interfluent: ubi dum Christiani sancti Joannis Baptista Ecclesiam frequentant, Saracenorum Rex cum sua gente aliam inservit atque sacravit. Plurima extra muros in gyro Oliveta. A Tabor usque Damascum, septem dierum iter.

CAPUT XIX.

De situ Alexandriae, & Nilo & Ecclesia, in qua requiescit Marcus Evangelista.

Alexandria ab occasu in ortum solis longa, ab Aurostrio ostia Nili cingitur, ab Aquilone lacu Mareoticu: cuius portus catena difficultor, quasi ad formam humani corporis in capite ipso & statione capacior, in fluctibus verò angustior, quia meatus maris ac navium suscipit, quibus quædam spirandi subfudia portu subministrantur. Ubisq; angustias atque ora portus evaserit, tanquam reliqua corporis forma, ita diffusio maris longè lateque extendit. In ejusdem dextera portus parvus habetur, in quo Pharus, id est, ruris est maxima, nocturno tempore flammarum facibus ardens, ne decepti tenebris nautæ in scopulos impingant, & vestibuli limitem comprehendere nequeant, qui & ipse semper inquietus est, fluctibus hinc inde collidentibus: portus verò placidus semper, amplitudem habens, triginta stadiorum: à parte Ägypti utrum in trahitibus ad dexteram occurrit Ecclesia, in qua beatus Evangelista Marcus requiescit. Cujus corpus in Orientali parte ejusdem Ecclesie ante altare humatum est, memoria superposita, de quadrato marmore facta. Circa Nilum Ägyptii aggeres crebros propter irruptionem aquarum facere solet, qui si fortè cultodum incuria rupti fuerint non irrigant, sed opprimunt terras subjacentes: & qui plana Ägypti incolunt super rivos aquarum, ibi domos faciunt transversis trabibus superponentes.

CAPUT XX.

De Constantinopoli, & basilica in ea, que crucem Domini continet.

Constantinopolis undique præter Aquilonem mari cincta, quod à mari magno, sexaginta millibus passuum usque ad murum civitatis, & à muro civitatis usque ad offia Danubii quadraginta millibus passuum excedit, ambitu murorum juxta litum mari angulos duodecim millia passuum circumplexatur. Hanc primò Constantinus in Cilicia iuxta mare, quod Asiam Europamq; distinimat, aedificare dispositus, sed quadam nocte ferramenta omnia ablata, missis qui requirent, in parte Europa in vento sunt: ibi enim fieri Dei voluntas intellecta est. In hac urbe basilica miri operis, que sancta Sophia cognominatur, rotundo schemate, & à fundamentis constructa & concamerata tribus cincta pareribus, & magnis sustentata columnis arcibusque sublimata est: cujus interior domus in Aquilonali sui parte grande & valde pulchrum armarium habet, in quo capsæ lignea ligneoque operculo recta crucis Dominica tres particulas continent, longum videlicet lignum in duas partes incisum, transversum ejusdem sanctæ crucis lignum. Haec tribus tantum per annum diebus, hoc est, ecclæ Domini, in parafœve, & in sabbato sancto, populus adoranda profertur: quarum prima capsæ illa super altare aureum, duos cubitus altitudinis, & unum lar-

tudinis habens, cum cruce sancta patescata componitur: accedensque primus Imperator, deinde cunctis per ordinem laicorum gradus sanctam crucem adorat & oscularatur: sequenti die Imperatrix, & omnes matronæ vel virgines idem faciunt: terra nihilominus die Episcopi & cuncti clericorum gradus idem faciunt, & sic capsa reclusa ad supradictum armarium reportatur. Quandiu autem super altare manet aperta, totam Ecclesiam mirus odor perfundit. De nodis enim ligni sancti liquor odorifer oleo simili profuit, cuius si eriam modica particula contingat, omnem ægritudinem sanat.

VERSUS EIUSDEM.

Descripti breviter finesq; situsq; locorum,
Pagina sacra magis, que memoranda referunt,
Beda sequens veterum monumenta, simulq; novorum
Charta magistrorum que sonet inspiciens.
Da lefu patriam semper tendamus ad illam,
Quam beatum eternum viro summa tui.

PERORATIO.

HAC de locis sanctis prout potui fidem historicam secutus posui, & maximè Arculphi dictatus Galliarum Episcopi, quos eruditissimus in scripturis presbyter Adomnanus lacinoio sermone describens, tribus libellis comprehendit. Siquidem memoratus Antilles, defidorio locorum sanctorum patriam deserens, terram reptonificationis adiit, aliquot mensibus Hierosolymis demoratus, veterano monacho nomine Petro duce pariter atque interprete usus, cuncta in circuitu quæ desideraverat, vivida intentione lustravit: necnon Alexandriam, Damascum, Constantinopolim, Siciliamque percurrit. Sed cum patruum revisere veller, navis qua volebatur post multos anfractus vento contrario, in nostram id est, Britannorum insulam portata est: tandemq; ipso post nonnulla pericula ad præsum virum venerabilem Adomnamum veniens, iter pariter suum, & ea que videtur explicando, pulcherrimam illum historiam docuit esse scriptorem. Ex qua nos aliqua decerperentes veterumq; libris comparantes, tibi legendam transmittimus, obsecrantem per omnia, ut praefatis feculi labore, non otio lascivii temporis, sed lectionis orationisque studio, tibi temperare satagas.

FINIS LOCORVM SANCTORVM.

BEDÆ INTERPRETATIONES NOMINUM HEBRAICORUM.

Ac, apprehendens, vel apprehensio.
Ad, testificans, vel testimonium.
Aadhar, deprecationis, vel depreciationis.
Alma, virgo abscondens, vel abscondita, vel absconsio virginitatis.
Aara, montana, vel mons fortitudinis.
Aaron, mons fortis, vel mons fortitudinis, sive montanus, autmons eorum.
Aaronites, montes robusti, vel montium fortitudines: sive monrani, aut montes eorum.
Aars, sol, vellum: sive illuminans, aut illuminatio.
Aathar, de patre tuo, vel tempore tuo, sive tu ante, aut temporalis tuus.
Aaz, apprehendens, vel fortitudo: seu fortis: aut apprehensio.
Azia, patruus, vel patruelis: seu apprehendens Dominum, aut fortitudo Domini.
Abba, pater, vel paternitas. Syrum est, non Hæbraum.
Abacuc, luctator fortis, vel rigidus: sive complexans eos, aut suscepit eos, sive sustentatio eorum.

Abbadia, servus Domini, vel serviens Domino.
Abbag, pater solennis, vel patris solennitas: seu pater loquens, aut patris locutio.

Abbaja, pater Dominus, vel pater abundans: sive pater meus iste, aut patris mei abundantia.

Abbam, pater ejus, vel paternitas eorum.

Abbana, pater gratus, vel lapides colligens.

Abani, patris requies, vel pater commotus: seu pater gratus mihi, vel pater gratificans me.

Abamia, pater gratus Domino, vel pater gratificans Deum.

Abaria, transiens Dominus, vel in transitu Domini: sive pater suscitans Domini, aut pater vigilans à Domino.

Abarim, pertransiens, aut pertransitio: seu montes in transitu, vel montes transuentum.

Abaron, pater suscitans dolorem, vel pater vigilans murmuratio: sive pater suscitans iniquitatem, aut pater vigilans iniuritatem.

Abasbal, parcens, vel pepercit: seu parcens mihi, aut parsimonia mea.

Abathia, pater tangens ridentem, vel patris tactus ridentis.

Abda, serviens, vel servitium: sive servus ejus, aut serviens ei.

Abdai, servus meus, vel serviens mihi: sive serviens ejus, vel servitus mea, vel servitium ejus mihi.

Abdeshel, servus Dei, vel serviens Deo.

Abdermelech, servus Regis, vel serviens regno: sive servus regius, aut servus regnator.

Abdenago, servus tacens, vel serviens taceo, vel Domini auxiliatum, aut Dominus auxiliator.

Abdi, servus meus, vel serviens mihi.

Abdias, servus Domini, vel serviens Domino: sive Domini testis, aut Domino clausus.

Abdiel, servus Dei, vel serviens Deo.

Abda, servus ejus, vel serviens ei.

Abdal, servus meus, vel serviens mihi: sive servitus ejus, vel mea, vel servitium ejus mihi.

Abdoni, serviens eis, vel servus eorum.

Abdon, servus meatus, vel servus inutilis.

Abdon, servus misfitans, vel servus iniquus.

Abdon, ancilla dolens, vel serviens murmurando.

Abed, servus populi, vel serviens populo.

Abedia, serviens Domino, vel servitium Domini.

Abel, committens, vel commissio.

Abel, luctus, vel pavor: seu vanitas, aut miserabilis.

Abdela, committens ei, vel commissio ejus: sive lugens eum, aut miserabilis ei.

Abelga, vapor vallium, vel luctus devorans.

Abelmain, vanitas habitaculi, vel luctus inhabitancium.

Abelmeola, vapor vallis falso, vel luctus patuerientium: seu vanitas domicili, vel misterabilitas inhabitacionis.

Abelmeula, idem est.

Abelsatim, vapor spinofus, vel luctus germinans: seu miserabilis positio, aut vanitas resurrectionis.

Abemboen, lapis pollicis eorum, vel lapis in medio eorum.

Abenezer, lapis adjutorii, vel lapis auxiliator eorum.

Abenmer, lapis lucidus, vel pater lucerna.

Aber, commilitis, vel certamen init: seu particeps, aut participatio.

Abel, vulnus, vel livor: sive lividus, aut vulneratus.

Abellsalon, pax patris, vel pater pacis: sive patris luctus, aut patris amaritatio.

Abellsan, pater abundans, vel patris egressio.

Abethan, patris repulso, vel via explorationis.

Abgata, pater tangens ridentem, vel patris tactus ridentis.

Abethsætim, luctus lictorum, vel vanitas germinans.

Abia, pater Dominus, vel patris Dominum: sive Domini paternitas, aut ubi pater fuit.

Abiahel, pater Dominus Deus, vel paternitas Domini Dei.

Abial,